


hacer el Rey nuestro Señor en este hombre
in hac specie diceret, prout cum effectu
dixit: *En este Cochero, quod ingenti
plausu à multitudine populi receptum,
& exauditus fuit.*



CONTROVERSIDA LVI.

*De Sarraceno & Christiana libidi-
nem exercentibus, & an per
Baptismum pena remissa conse-
atur.*

SUMMARIUM.

- 1 Falli species traditur.
- 2 Matrimonium infidelis, cum fidele, sub
pena mortis prohibitum.
- 3 Iudeus, & Christiana contrabentes, pa-
na adulterii puniuntur.
- 4 Adulterii pena capitalis est de jure
Codicis.
- 5 Sarracenus, & Christiana contrahentes,
pena capitali plectuntur.
- 6 Coitus Christiani, cum infideli damnatus
omni jure.
- 7 Sed pena arbitraria graviori puni-
tur.
- 8 Matrimonium contractum inter Ju-
deum, vel Sarracenum, & Chris-
tianam de jure Hispano pena mortis
coercetur.
- 9 Coitus inter predictos si feminam inho-
nesta sit, pena fustigationis pro pri-
ma vice coercendus.
- 10 Pro secunda vice, pena mortis impo-
nenda est.
- 11 Sarracenus baptizatus non consequitur
remissionem pena in foro judiciali.
- 12 Tam si fraude, quam absque ea, baptis-
mum suscipiat.
- 13 Contraria sententia benignior, est ad-
mittenda.
- 14 Premaximè in delictis carnis, quia
cessat causa aggravationis pena.
- 15 In his plurimum operatur prudentis
Judicis arbitrium.
- 16 Deciso Aula ad favorem Baptizati.
- 17 Absolutio h[oc] facta fuit favore baptis-
matis, tamquam ejus effectus, qui
non egreditur personam baptizati.
- 18 Et sic non videbatur extendenda ad
feminam, que eadem pena teneba-
tur.
- 19 Expenditur Textus, in leg. denuncia-

se 17. §. queritur, ff. ad leg. Jul. de
adulteri.

20 Deciso Aula ad favorem i[st]ius fa-
mina.

DUM unus ex Dominis Au-
la nocturno tempore ur-
bem lustraret, vitrum, & sce-
minam in actu veneto ap-
prehendit, in vico devio à
frequenter commercio. Perquisitione
facta quinam essent, facilimè repertum
fuit illum esse servum cuiusdam magnati,
& Sarracenum; & illam mulierculam
inhonestam. Ad caserem perducti, &
causa fulminata, Sarracenus conversus
fuit ad fidem, eoque more solito catechi-
zato, baptismum suscepit: Dominique
annente, matrimonium contrahere fe-
stinabat cum ipsa muliercula. Dubitaba-
tur qua pena essent puniendi.

Nemini dubium erat, quod similis
coitus damnatus omni jure repetitur.
Et licet matrimonium initum inter in-
fidelem, & fideliem capitali pena ple-
ctatur, ut probat Text. in leg. ne quis Chri-
stianam 6.C.de Iudeis & Calicoli. ibi: adul-
terii vicem commissi hujusmodi crimen ob-
tinebit. Text. in l. 1. Cod.Theodos. de nupt. ubi Jacob.Gothofredus. leg. 5. eodem Cod.Theo-
dos. ad leg. Juli de adulteri. Quo jure
adulterii pena mortis est, ut probat
Text. in l. quamvis. C.ad leg.Jul.de adult. ubi Doctor. l. quad. mulieres 6. C. Theo-
dos. de Iudeis, que licet de Iudeis lo-
quuntur, ad Sarracenos extenduntur, ut
probat Farin. quest. 149. num. 39. expre-
sae cautum reperitur in l. unic. Cod.
Theodos. de nuptiis gentil. ibi: Capitaliter
expietur. Nam Imperator in eo Tex-
tu, loquitur de nuptiis contractis, inter
Barbarum, & provinciale, que jure,
& religione Romana utebatur, quod
est idem ac si de Sarracenis tractaret;
nam licet Iudei peiores omnibus sint,
cap. nonne 37. 1. q. 1. Sarraceni, & Paga-
ni æquales cententur, ut ex S. Augustino
probat Scaccia, de re judicat. cap. 1.
gl. 1. quest. 1. n. 240. cum segg. Tamen ex 5
impli accessu pena arbitraria plectuntur,
licet graviori, quam si ambò
ejusdem religionis essent, quia crimen
gravius est. Tex. in cap. nonnullis de Iudeis
& Sarracen. sic docent Paul. Grilland.
de pen. omnifar. coit. q. 12. n. 4. Jul. Clar. in
pract. crimin. §. fornication. 20. Tiber.
Decian. lib. 5. tract. crimin. cap. 12. n. 20.
Jacob. Menoch. de arbitrar. case 290.

num. 9.

Controversia LVI.

num. 9. Farinac. d. quest. 139. ex num. 4.
6 Tuschus, litt. 1. conclus. 173. à num. 7. Ca-
ballus, cas. 4. ex num. 2. August. Barbosa,
in collect. dict. lne quis, num. 3. & in col-
lect. dict. cap. in nonnullis, num. 7. Anton.
Matthæus, de crimin. lib. 48. ff. tit. 3. cap.
1. num. 15. ad fin. & num. 1. Berlich.
practicabil. part. 5. conclus. 38. num. 120.
Benedic. Carpzov. in pract. crimin. part. 2.
7 quest. 69. n. 43. Ratio disparitatis est,
näm matrimonium inter diversi cultus
sectatores impeditur, ne infidelis fide-
lēm seducat, & pervertat: ita pluribus
docet Sanchez, de matrim. lib. 7. disput.
71. num. 2. & 9. Anton. Matth. d. cap. 1.
num. 16. Et Jacob. Gothofredus, in dict.
leg. quod ad mulieres 6. C. Theodos. de Ju-
deis. Cùm autem hæc ratio ut plurimum
cesset in simplici accessu, inde fit, quod
accessus mitius puniatur.

8 De jure Hispano matrimonium scien-
ter contractum inter Judæum, vel Sar-
racenum & Christianam, vel è contra,
pena mortis punitur. Text. in leg. 3. ti-
tulo 1. lib. 4. for. legum. ibi: y[ea] si fuerit Mo-
ro o[ste]rio mueran por ello ambo, latè Do-
minus Covarr. de sponsal. par. 2. cap. 5.
§. 11. ex num. 1. Villadiago, in l. 1. tit. 1.
li. 3. for. judic. Dominus Gregor. Lopez,
in l. 15. tit. 2. part. 4. Gloss. 1. & 2. Sed
ratione coitus cum femina in honesta,
ut in nostra specie, pro prima vice am-
bo fustigandi sunt, pro secunda ver-
poenam mortis incurrit: Tex. in l. 10.
ad fin. tit. 25. part. 7. ubi Dominus Greg.
Lopez: ob quod pena extraordinaria
punierdos esse docent Dominus Co-
vartuv. dict. §. 11. n. 3. Anton. Gomez,
in leg. 80. Taur. n. 26. Tellus Fer. in l. 9.
Taur. num. 7. Matienzo, in leg. 7. tit. 8.
lib. 5. recipil. gliss. 11. num. 5. Azevedo
in leg. 7. tit. 20. lib. 8. recipilat. num. 77.
10 Gutierrez, in pract. crimin. quest. 24. ex
n. 2. Et licet per hunc Textum medie-
tas bonorum amittatur, in nostra spe-
cie inopia feminæ hujus disputa-
tionis curam exclusit. Cùm autem non pro-
baretur reiterasse copulam hos reos, &
femina in honesta esset, nemini du-
biuum erat quod juxta dict. leg. 10. poenà
fustigationis ambo tenebantur.

11 Sed an ex eo quod Sarracenus con-
versus ad fidem fuisse, & baptismi lava-
cro regeneratus, pena remissa cense-
retur, dubitatum fuit. Ratio dubitandi
est, quia licet infidelis per baptismi la-
vacrum consequatur remissionem om-
nium delictorum, Text. in cap. ex quo in-

stituta 6. de consecrat. dict. 4. hoc intelli-
gitur quoad Deum, non tamen quoad 12
judicialia, ut ad partes disputat perdo-
ndè hanc questionem, Anton. Gamma,
in tract. de sacram. pref. ultim. supl. dam.
quest. 3. per totam, qui negativam defen-
dit ex n. 4. sequendo Decium in cap.

qua in Ecclesiast. ad fin. de constit. Cu-
jus opinionis fuerunt Tiber. Decian.
lib. 3. tract. crimin. cap. 30. n. 8. Guazzin.
defens. 2. cap. 7. num. 30. Joan. Bodin. in
tract. de Demonum. lib. 4. cap. 5. Carpzov.
in pract. part. 1. q. 49. n. 74. & ex nostra-
ribus Dominus Covarr. lib. 2. var. c. 10.
num. 4. Petrus Plaza, in epitom. delictor.
lib. 1. c. 34. n. 17.

Sed contrarium resultat ex dict. c. ex 13
quo instituta, & ex cap. quod autem 32. q.

1. abi Glos. verbo p[ro]nuntiis, Felin. in cap.
de his, num. 4. de accusat. Julius Clarus,
in §. fin. quest. 51. num. 9. Tiraquel. de
p[ro]n. temper. cas. 25. ex num. 1. Cabal-
lus, cas. 113. num. 4. cum sequentibus, Fa-
rinacius, quest. 98. n. 145. cum sequentib.
Quorum sententia tanquam benignior
amplectenda est, præmaxime in delictis
carnis de quibus loquuntur Text. in d.
c. quod autem, & Glossa, ibidem, verb. p[ro]nun-
tientis. Et licet de rigore juris opinio
Gamma verior sit, tamen Fat. d. q. 98. 14
num. 147. ait duas prædictas opiniones
concordando, quod hoc relinqu debet
arbitrio Judicis, qui perpendat an de re
publica sit reum baptizatum absq[ue] po-
ena dimittere, an verò punire: Quia ne-
gari non potest, quod quando reipubli-
ca gravis iactura sequi non potest, bap-
tismi effectus favendus est; ut innuit
Divus Augustinus, in dict. cap. quod
autem. Et exp[re]sset docet divus Thom. 15
3. parte g. 69. art. 2. ad 3. ibi: Remaneat ta-
men obligatus adhuc quoad homines, quos
justum est adificari de pena, sicut scandali-
zati sunt de culpa. Piè tamen talibus Prin-
ceps posset p[er]nan indulgere. Et sic quan-
do delictum est atroc, & scandalolum,
vel suspicio fraudis intervenit, opinio 16
Gamma est in praxi servanda, ut in Re-
gno Valentiae observari vidi in seruo
dominum occidente, qui licet Baptis-
mum suscepisse, mortis p[er]nam acer-
bam passus fuit. Sed in levioribus æqui-
us est, quod favore Religionis effectus
Baptismi amplietur, & sic dissinuit
Aula hoc in casu Sarracenum jam con-
versum ad fidem, absolvendo.

Sed pulchre dubitabatur an absolutio 17
extendenda esset ad feminam. Ratio

N n 4 dubi

dubitandi fuit: nam Sarracenus absolvatur ex effectu baptismatis, qui non egreditur ipsius personam; & sic dispositio nostra legis, poenam flagellationis imponens feminam quae passa fuit a Saraceno cognosci, exequenda videbatur, quia respectu illius nulla erat causa tem-
perante seu remittendae poenae. Cui dubitationi responderi potest, cum Ulpian. in leg. denunciasse 17. §. queritur, *ff. ad leg. Jul. de adulter. ibi: expectabit igitur mulier sententiam de adultero latam, si absolutus fuerit, mulier per eum vincet.* Quod singulariter cautum est in criminis adulterii contra regulam generalem quod sententia in causa unius socii, in criminalibus alteri neque prodest, neque praedicit, ut notant Bartolus, in d. Text. num. 2. Hoftiensis, in summa, rub. de adulter. & qualiter in accusatione, n. 5. Farinac. quæst. 141. num. 108. Ant. Matthæus, dicit. lib. 48. tit. 3. cap. 4. num. 16. Si enim commixtio infidelis cum fideli vicem adulterii obtinet, & eisdem reguli judicatur, Text. in dict. leg. ne quis Christianum 6. C. de Judæis, cum aliis notatis, supra num. 3. clare sequitur quod abdolutio Sarraceni in nostra specie muliercula prodesse debet, ratione conne-
xitatis criminis tanquam si ab initio habitus coitus fuisset cum viro ejusdem religionis, & sic decevit Aula sententiâ diei 23. Januarii 1663.



CONTROVERSIA LVII.

*De stuprato pueris, qui judicio pen-
dente aliam dolosè duxerat ad
visitandam poenam ducendi, aut
dotandi.*

SUMMARIUM.

1. *Facti species enarratur.*
2. *Pœna stupri hodie arbitraria est, ex
communi judiciorum praxi.*
3. *Stuprum patratum suasionibus, blandi-
tis, & fallacibus machinationibus
violentum reputatur.*
4. *Plus est persuadere, quam cogere ad
malum.*
5. *Stuprum committens persuasionibus,
teneat pœna stupri violenti.*
6. *Stuprum violentum pœna mortis natu-
ralis puniendum.*



UIDAM filiusfamilias accu-
latus de stupro illato virgin-
ni, aequalis conditionis, (ne-
que aspernanda nisi ex pau-
perrate) seducta blanditiis,
& persuasionibus, sub promissione nup-
tiarum, relaxatus fidejussoribus fuerat
in visitatione carceris. Hujus gratia
sive occasionis comam arripiendo; pa-
tre;

7. *Stupri reus si non habet in ære, luit in
corpore.*
8. *Stupri pœna aggravari debet in eo, qui
dolose cum alia contrahit matrimo-
nium.*
9. *Stupri pœna de jure communi, est suspi-
gationis, & deportationis.*
10. *pœna aggravanda est, quoties factum
tendit in fraudem judicii.*
11. *Fraudibus non est indulgendum.*
12. *Arbitrium inique non extenditur, dum
ad eos lex pœnam extensem statuens.*
13. *Pœna arbitraria juxta aequitatem ca-
nonicam in hoc crimine communi usu
approbatur.*
14. *Pœna stupri inducta per leg. i. §. fin.
ff. de extr. crim. profus. antiquata
est.*
15. *Stuprum violentum solum est illud, quo
vis infertur corpori.*
16. *Fraus in stupro aggravat pœnam circa
mortem.*
17. *Minor viginti quinque annis mitius
puniendum, nisi in enormissimis.*
18. *Vis corpori non infertur persuasioni-
bus.*
19. *Textus in l. i. §. persuadere, ff. de ser-
vo corrupt. explicatur.*
20. *Regula leg. i. in fin. ff. de pœn. do-
cens, quod luit in corpore, qui non
habet in ære, loquitur de pœna ex-
tra ordinem.*
21. *Fraus facta iudicio, & judicii, exaspe-
rat pœnam, sed non adeo ut ad mor-
tem extendatur.*
22. *Fraus facta post delictum consumma-
tum, novum crimen est, pœna sepa-
rata puniendum.*
23. *Pœna dolii, & fraudis, separati ab alio
crimine, arbitraria est.*
24. *Judex relaxans fidejussoribus reum in-
debite, tenetur ad pœnam, quæ ipse
tenebatur.*
25. *Pater rei machinans fraudem puniri
potest.*
- Exemplum memorabile in viro illustris-
simi. ibidem.
26. *Deciso Aule.*

Controversia LVII.

tre, ut ferebatur, instigante, cum alia matrimonium celebravit: & per fide-
jussores ad carcere restitutus, de frau-
de noviter accusatus fuit, dubitabatur
qua pœna esset plectendus.

2. Et suppositis his quæ latè tradidimus
controv. 51. ex n. 2. nempe pœnam sim-
plicis stupri hodie arbitraria esse, juxta
communem praxim, & aequitatem can-
onicam ita doteret, vel ducat, & si du-
cere neque dotare nolit, vel non possit,
corporali pœna coercendus est, ut dixi, d. controv. 51. n. 30. & hec
pœna capitali puniendum esse reum ac-
cusatrix contendebat ex pluribus. Pri-
mo quia stuprum ab ipsa passum violen-
tum erat, quia id est cogere, vel vimini-
ferre, quam blanditiis, atque fraudibus
persuadere, in modo plus, ut docet Ulpianus
in leg. i. §. persuadere, ff. de servo corrupt.
ibi: Persuadere autem est plus quam cogere,
compelli, ac cogi sibi parere, ubi Dionys.
Gothofred. scitè subjungit: qui persua-
det impellit, atque cogit sibi obtemperare.
Plus est etiam persuadere servos aliquid
mali, quam compellere ad malum, & cogere:
hoc enim causa servorum animo innocens
esse potest: in modo est, quia vi cogitur, priori
causa proflus corruptus est. Melior ad rem
Text. in l. i. tit. 19. p. 7. ad fin. ibidem aquel-
los que traen etia manera, mas ierran que
si lo fiziesen par fuerat. Loquitur namque
nostrus Aphonius sapientissimus, de cor-
ruptentibus sanctimoniales, & alias ho-
nestas feminas dolis, suasionibus, & bla-
diis, docet quod plus peccant, ac si ad-
hibita vi peccarent. Et quo plures in-
ferunt quod similes deceptores virginum
tenentur pœna stupri violenti: sic te-
nuerunt Angel. de malef. verb. che habet
adulterato, n. 56. Alberic de Rosat. in l.
i. §. ff. de extraor. crim. n. 1. Caccia.
Lup. in l. i. s. qua illustris. n. 16. vers. & si
pecunia, C. ad sena. Consul. Orphidian. Car-
rer. in pract. crimin. tit. 3. de homicid. &
assassin. §. circa iugitor quartum, num. 7.
idem Alberic. in l. raptore, C. de Episcop.
& Cler. n. 3. vers. secundo casu. Tiber. De-
cian. tract. crim. lib. 8. cap. 15. num. 7.
Matth. de Afflict. in Confit. si quis rapere
not. 2. q. 3. num. 9. Foller. in pract. i. q. 3.
n. 16. Baiard. ad Clar. in §. stuprum n. 38.
Menoch. de arbitrar. q. 288. n. 10. cum
segg. Anton. Gomez, in l. 80. Taur. n. 10.
Dominus Gregor. Lopez, in d. l. i. glofi.
2. & 3. pluribus relat. Matth. Berlich.
practicabil. part. 5. concl. 41. num. 37. Ant.
Matthæus, de criminibus ad lib. 48. ff. tit.
3. c. 5. n. 8. Sed stuprum violentum pœna

ultimi supplicii in toto orbe punitur, ut
pluribus probant Farin. in prax. q. 147.
ex n. 22. Caball. cas. 20. n. 12. & cas. 200.
ex n. 36. Ant. Matth. d. n. 8. Berlich. d. con-
clus. 41. num. 29. & Benedict. Carpov.
in pract. crim. p. 2. q. 75. ex n. 2. Ergo iste
reus morti tradendus erat.

Secundò, quia dubitari non valet, quod 7
reus stupri, qui non habet in ære unde
puellæ dotem præbeat, neque potest
eam ducere, pœna corporali coercen-
dus est, ut dixi, d. controv. 51. n. 30. & hec
pœna aggravanda est, quoties dolosè in
fraudem puellæ cum alia contrahit, nam
seclusa fraude, pœnam vitare non potest,
ut in terminis scripsit Berlich. d. part. 5.
Conclus. 38. num. 34. & d. conclus. 41. n. 5.
quem sequitur Carpov. dict. p. 2. q. 68.
num. 49. Ergo superaddito dolo, & frau-
de in præjudicium puellæ pœna augen-
da est: Et cum pœna novissime impo-
sta à jure civili sit futilgationis, &
deportationis in eo qui neque ducere, neq;
dotare potest, Text. in §. item lex Julia
de adult. in pris. de pub. jud. ubi Joan. Fab.
plur. Far. d. g. 147. n. 6. Ant. Matth. d. c. 5.
num. 8. in princ. Berlich. d. concl. 38. n. 5.
Carpov. d. 2. part. q. 69. n. 3. cum seqq. 9
Quod de jure nostro Hispano pariter
procedit, ut dixi d. contr. 51. num. 6. per
Text. in l. 2. d. ii. 19. part. 7. Clarè seque-
batur reum puniendum acerbius, quam
pœna verborum, & remigii, que suc-
cessit loco deportationis, ut alibi dixi.
Tertiò, quia fraus, & dolus hujus rei 10
non solum præjudicium intulerat accu-
satrici, verum etiam, iudicio, & judicii,
cujus auctoritas spreta remanserat, &
elusus effectus sententia, juxta communem
praxim, & aequitatem canonica-
mentem ferendæ: hoc est, quod dotet aut ducat.
Quia, ut dixi, filiusfamilias erat, & nihi
habebat in bonis, ex quo dos solvi
posset. Pœnam ducendi in uxorem puellæ
stuprum passum ad executionem perdu-
cere non poterat; ob quod dum pœna cor-
poris afflictiva non imponeretur, senten-
tia remaneret elatoria, iudicium frustra-
neum, & auctoritas judicis vana. Ex qui-
bus clarè sequebatur, quod pœna acerba
puniens erat, quia malitiis nunquam
est indulgendum, ut docet Celsus, in leg.
in fundo 38. ff. de rei vindicat. cum aliis
pluribus congetis à Mario Giurba, ob-
servat. 17. n. 4. & latius obser. 42. n. 4.
Indulgeretur utique, si pœna ordinaria
stupri tantummodo plectetur; nam
hanc debebat ex simplici stupro per

eum